



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Vinea quadruplex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

gulatam sibi uestem fecit. strangulata uestis dicitur triangulata. Nostra enim conuersatio ita debet esse honesta ut sit ad consolationem sui, ad edificationem proximi, & ad laudem Dei. Et tunc erit triangulata.

*Vinea quadruplex.*

**P**rima est caelestis patria. Isa. Vi. Isa. 27.  
 ne ameri cantabit ei. Ego Dominus seruo eam. Merum dicitur uinum, quod est sine mixtione fecis. Agricola sunt angeli. Ex ista uinea est uinum exultationis, de quo Psal. Vinū lætificat cor hominis, & c. Eccl. 40  
psal. 103  
Isa. 18.  
 Secunda est mundus. Isa. Et uinea Sabana degentium exciditur. Sabana interpretatur sinistra, & significat mundum, sicut è contra dextra, cælum, agricolæ, homines. Ecclesiasticus. Et mundum tradidit dispositioni eorum. Tertia est ecclesia. Isa. Vinea domini exercituum domus Israel est. Psal. Vide & uisita uineam istam. Eccl. 3.  
Isa. 5.  
 Agricola sunt prælati. Multi possunt dicere illud Cant. Posuit me custodem in uineis, & c. Quarta uinea est anima. Hier. Ego plantaui te uineam electam. Agricola huius uineæ sunt singuli homines, qui debent eam co-

## CHRISTIANA

lere per cōtritionem, putare per confessionem, ad palum ligare, id est ad crucem per mortificationem, tendere per dilectionem.

*Vigilandum est propter sex.*

- 1. Pet. 5.** **P**rimo propter hostis decipiendi sollicitudinem. Petrus dicebat. Sobrij estote & uigilate, quia aduersarius uester diabolus, & c. Vnde P. Augustinus. Hostis uigilat, & dormis tu? Secundo propter hostis calliditatem. Hierony. Hostis meus persequitur me, qui mille nocēdi habet artes. Est enim callidus, & sapiēs ad decipiendum propter tria. Primo propter subtilitatem naturę. Ezech. Tu signaculum similitudinis, & c. Secundo propter antiquitatem temporis. Apoc. Ipse est principium uniuersę creaturę. Tertio propter fallendi, & temptandi assiduitatem. Quia nō habet facere aliud, nec aliud studium, neque desiderium sic dicit. Bernar. Cui nullum aliud studium, nullū desiderium, nullum negocium, nisi fundere sanguinem animarum. Tertio propter nostram fragilitatem, quę prona est ad malum. Gen. Sensus, & c. **Gene. 8** Quarto quia est præceptum. **Matth.**